

Valentinus Weigel eiusque momentum in spiritualibus XVII saeculi

Praeclare apparet nobis Valentini Weigelii. parochi de Zschopau ante oculos nostris vita, multis documentis descripta; novimus paene omnia, quae de persona eius retineri potuit: conscriptiones matricales de pluribus scholis, protocolla inspectionum, nationalia eius ab ipso redacta (ad usum publicum), eiusque epitaphium. Insuper inventus est liber (volumen Confessionis Augustanae editionis principis), quem videnter discendo usitabat cum glossis manu propria et textus partibus stylo signatis. Respiciamus itaque breviter data haec: Anno 1533 in „Stadt Hayn“ natus, 1549-1554 discipulus scholae ad sanctam Afram Misniae, demum ad annos novem 1554-1563 ad Universitatem Lipsianam; baccalaureatus anno 1558, gradum magistri 1558/9 ascendit; demum ad Universitatem Wittenbergensem per annos quattuor (1563-1567). Ambabus Universitatibus stipendium accipiebat de fundatione principali, de quibus videtur eum de familia inopi oriri. (Testimonia pecuniarum acceptarum item conservata est.) Ab anno 1567 usque ad mortem parochus erat in Zschopau. Anno 1577 sine conditione signavit Formulam Concordiae ac nunquam suspiciosus fuit de qualibet secessione ab orthodoxa fide. In Zschopau atque uxorem duxit, duosque filios reliquit, qui medici fuerunt.

Quam clarius et perspicuius vita Weigelii apparet, tam obscurius origo operum eius est, de quibus nihil tempore vitae eius (saltem sermo unus ad exequias) citra circulum oclusum coadiutorum eius exiit, qui, scilicet diaconus eius et successor Benedictus Biedermann et cantor Christophorus Weickhart, eos atque dispensabat, et plus quam istud, atque per multa alia opera sua auxerunt, de qua ratione hodie difficile est inter vera et falsa opera Weigelii discernere, et quae eorum Bidermanno attribui oportet.¹ Jam obscurius est, quomodo opera ista et

1 Problema haec imprimis Fritz Lieb in tractatu suo illustrissimo *Kommentar zur Schöpfungsgeschichte und das Schrifttum seines Schülers Benedikt Biedermann; Eine literarkritische Untersuchung zur mystischen Theologie des 16. Jahrhunderts*; (EVZ-Verlag Zürich, 1962 scrutatus est. Ostendit convincibiliter, quod scripta pseudoweigeliana maxime Biedermanno attribui oportet, scilicet eorum qui sequuntur (annus csripto adiunctus item a Lieb, nonnumquam saltem modo coniecturali, deductus est): *Vom seligen Leben* (1575); *Libellus se via perveniendi ad veram theologizandi rationem* (1576); *De Loco Mundi* (1576/78); *De arbore vetita*; *Fiat lux*; *Excitatio Mentis de De luce et Caligine*; *De creatione hominis*; *Informatorium theologicum* (1579/80); *Contemplativa Directio ad Unum*; *Collatio utriusque cognitionis*; *Clavis compendiosa ad omne genus scientiarum* (1579/80; *De coelo et mundo* (1581/2)); *Facilis, beatifica et expedita Methodus ad omne genus Scientiarum* (1585; hic terminus accuratus nobis exstat cum originali loco – Zschopau, creator eius vero secundum Lieb non potest Weigel esse, restat autem possibilitas Weickerti auctoris), *Vom Apfelbiß* (ad quem praedicta similiter extenduntur), *Vom Alten und Neuen Menschen* (1583), *Vom alten und Neuen Jerusalem* (1583), *Theologia Weigelii* (1584), *Studium universale* (1590).

Notabile est non solum, quia Lieb omnia scripta pseudo-weigeliana Biedermanno attribuit, sed etiam recte tempus eorum ascriptum. Secundum conclusiones a Lieb de magna parte veraciter ductos, singulariter autem coniecturales orta sunt scripta haec *Weigelio adhuc vivente*, quae laborem simultaneum amborum, Weigelii et Biedermanni, scilicet magistri et discipuli proponuntur.

cuius cura (post annos XX vel item XL) impressi venerunt.² Impressiones principes horum opusculorum (verorum falsorumque) de anno 1609 exstant, impressore et loco pseudonymo occulto.³ Statim atque Hallis (apud Joachim Krusiocke) et apud editorem praeclarum Lucas Jennis Francoforti apparuerunt. Sicut germani sequentes libelli Weigellii considerandi sunt: Von der Bekehrung des Menschen(1570); Von Armut des Geistes oder wahrer Gelassenheit(1570); Libellus de Vita beata (1570);Deus non potest se ipsum negare. Exercitium mentis(1571); Scholasterium Christianum (1571); Anleitung zur Teutschen Theology (1571); Gnothi seaton (1571); Vom Gesetz oder Willen Gottes (1571); Ein Büchlein vom Seligmachenden Glauben (1572); Vom himmlischen Jerusalem in uns; Das Büchlein vom Gebet; Der Gründliche Bericht vom Glauben (1576); Vom Ort der Welt (před 1576); Informatorium oder kurtzer Unterricht, welcher gestalt man den schmalen Weg zu Christo sich führen lassen kan (1576); Der güldene Griff (1578); Von Betrachtung deß Lebens Christi (1578); Kirchen oder Hauspostil über die Sontags Evangelien durch gantze Jahr (1578-79);Dialogus de Christianismo (1584).

Argumentum opusculorum Weigellii non facile describendus. Omnino apud eum argumenta humanistica, naturalia atque mystica junguntur. Secundum traditionem mysticam Deo solum praedicamenta negativa attribuit, et quidem tam necesarie ut autem eius scientiam seipsi negat. Deus se ipsum tantum cognoscit in homine; in tacita oblivione infinitus Deus in esse individuale se immergit et in homine vox Dei nascitur. Regnum Dei in homine et nullibi invenitur. Mundus (infinitus mundus) non potest Deum comprehendere neque imperium eius, quod in eo ipso constat. Deus principium omnium et omnia in omnibus. Quo plura sibi homo tradit, eo plura Deus homo fit. Deus substantia omnis creaturae.

Neque Paradisus neque Gehenna in aliquo loco sunt – sed in Deo, sed modo non aequali. Deus particeps primi est, sed non alterae. Neque malum extra Deum cogitari potest. Intra, in visceribus eius exstat et in voluntaria aversione ab eo constat. Deinde a nulla potestate saeculari neque ab ullo sacramento emendari vel

Non-decisus remanet creator libelli *Von der Seligmachenden erkenntnis Gottes, nach der Heiligen Dreyeinigkeit* (ipse se sub signatura M.B.W. denotavit) et aliquot libellorum parvorum, demum secundae et tertiae partis libri *Gnothi se auton*, et conclusio libri expositionum supra Genesim sicut habetur in editionibus post 1616 impressis. Conclusio authentica manu scripta vero inventa fuit (pro singularibus vide apud Lleb pag.20-38)

2 Eo tempore vivebat adhuc Weigelli collega et socius (forte atque auctor iunctus) Biedermann, aetate vero iam senili et post suam transpositionem correctivam anno 1599 valde diruptus, in parochia villica finem suam expectans, quae 1621 venit.

3 Sub pseudonymo Johann Knuber zu Newenstatt. Probabilissime impressi sunt Magdeburgi vel Halle.

transformari potest. Sola voluntas de homine interno eveniens mutationem hanc inferre potest si vocem Dei audierit.⁴ Similiter neque fides exigenda est. Secundum Weigelium perbersum est iuvenes inter clero et concionatores coguntur unam singularem doctrinam iurare et eam tenere.

Tali divinitatis conceptu Weigelius ut gravissimus pantheista XVII saeculi demonstratur. Deus de tribus personis constat, sed Spiritus Sanctus non exsisterat ante mortem Christi. Deum (apud Weigelium propemodum non differt Deus a Christo in nobis) cognosci possit 1. ex Scriptura 2. ex libro Naturae 3. per preces 4. per dispositionem internam Deum in se cognoscere. Terrenus Christus, modo in quo super terram vixit, nobis via, lux et porta in caelis ad Deum est. Gravior vero Christus internus est, ipse solus salvat. Hic commemoranda est doctrina Weigellii se carne lucis Christi. Christus a Spiritu sancto conceptus, non genere humano proveniens, carnem non sicut Adam vel Judas traditor habebat, sed nova creatio et Filius Dei secundum naturam factus est. Huiusmodi et Maria immaterialis erat, quae coelestis Heba dicitur, similiter et Christus Adam coelestis. Terrenus Adam ad Christum secundum rationem imaginis ad formam comportatur. Adam vero a Lucifero ad lasciviam seductus est et per eam scissus est et unitatem originalem perdidit. Regeneratio hominis in exuendo carnis adamicae et accipiendo carnis sanguinisque coelesti constat. Regenerati eo modo carnem duplicem habent – terrenam atque coelestem. Personae humanae possessor, vel imaginis Dei in homine, et redemptionis subiectum *anima* hominis manet. In carnem sanguinemque coelestem (*siderische* vel *ewige Leib*) eius investitura eae quasi medium vel agens salutis est. Videtur hic primum auctoritas ingens Paracelsi, deinde et dissensio magna versus conceptus salutis luteranum. Redemptionem et salutem homo non extrinsecus accipitur, tamquam donum et iustificationem de gratia Christi, sed fiunt per transformationem internam. Coelestis caro partem similem apud Weigelium habet, quam iustificatio de fide apud Lutherum, sequitur non *iustitia imputativa* sed *transmutatio realis*. Fidem Weigelius sicut amovendam propriam voluntatem, vel mortificationem hominis externi intelligitur. Non valet plus *Christus pro nobis*, sed *christus in nobis!* *Christus in nobis* processus iste est. per quem homo a peccato solvitur et beatitudinem impetrat. Similiter Christianus homo non per baptismum fiat (quae neque peccatum originalem amovet, quod anabaptistae asserunt), sed necesse est ei in formam Christianam *crescere et explicare*. Cum quibus atque Weigellii comprehensio *resurrectionis* iuncta est. Duplex iterum Weigelio est. Unum iam in vita haec per transmutationem

4 cf. Opel, J.O.: Valentin Weigel, Leipzig 1864, pag.50nn.

in Christum incipitur: Sicut semen in terram mittitur, moritur et putrefacitur, et in nobis, in semine Adam processu naturali verbum Dei oritur. Eo modo atque potest ut caro Adamitica coelum impetret. Secunda resurrectio ad Christi adventum fiet.

Interpretatio haec Christi sicut hominis caelestis ab aliis hominibus principaliter dissimilis, nomen iam diu habet ab temporibus ecclesiae primordiali, scilicet *docetismus*, quae a multis, praesertim gnosticis circulis defensa erat doctrina, Christum non carnem veram habuisse sed in mundum tantum in corpore ad illudendum potestates mundi ficta descendisse, statim a patribus ecclesiasticis Iustino et Irenaeo incipiente usque ad Augustinum et Epifanium valde repugnata. Quomodo illa denuo apparet ad finem saeculi XVIII, tempore, quo iam longe nota sunt omnia argumenta pro et contra olim in initiis ecclesiasticis in partibus ambabus resonuerant?⁵ Saeculo XVIII etiam non tam acute percepta est necessitas Christianismum super firmum, gestatum, realem fundamentum fundatum esse ostendere et sic de caeteris cultibus mysteriisque antiquitatis serioris discerni, Christum verum hominem declarare et traditionem ecclesiae eiusque evangelizationis verum et solidum esse. Valde gravior erat homini aevi medii atque saeculi XVIII pietas pribata, quae iam saeculo XVIII per traditionem mysticam longinquam formata erat, incipiente a mysticis sicut Bernardus et Hildegardis usque ad Henricum Susonem, in qua Christus sicut persona tantum ex parte realis apparet. Saepius tamen ut rex, sponsus, dominator, vel Crucifixus, sed crucifixus, cuius poenae iam non formam mensuram habent, sed specialiter magicam, cuius vulnera res meditativa et argumentum speculativum fiunt, in quibus totus mundus potest tegi etc. Persona historica Iesu non valde valet mysticis neque theologis usque ad aetatem libertatis, neque Weigelio. Iesus historiae ei tantum testes veritatis est, qui nobis datus est pro exemplum. Vis vitalis Christianorum de contra Christus intrinsecus sit. Si apud Weigelium de *Christo* loquitur huius significatio triplex esse potest: 1. (saepissime) Christus in *nobis*; 2. terrenus Iesus, qui nobis exemplar est; 3. esse coelestem carnem habens.

Argumentum moralis Weigelii praesertim iudicium malum de ecclesia. Sacerdotes ei figura Antichristi sunt. Ideo sunt ecclesiae „*eitel Mördergruben*“ (speluncae latronum); templum Dei homo solus est. (Quomodo opiniones tales cum conditione sua parochi civitatis et concionatoris praeclari conciliare potuit,

⁵ Citationes patrum ecclesiae constituebant fontem principalem notitiae de gnosi, cum opera originalia non haberentur, usque ad dimidium saeculi XIX. Opera adversarium suorum patres citabant, neque enim conservabant.

manet obscurum.) Sacramenta inutilia sint⁶, quod in pugna contra Satanam, partem adversam in nobis, adiuvat, modesta, simplex vita est, preces et fides. Transmutatio panis et vini in Christi corpus et sanguinem non fit, quia neque caro nostra terrena in caelestem transmutatur, sed eum accipit.

Opiniones Weigelii propagat in libris suis permultis atque eius successor **Benedictus Biedermann**. De Weigelio autem in duobus punctis fundamentalis disserit. Deserit gradaliter ideam carnis caelesti tantum imaginem caelestis Hebrae retinens. In contrarium plus quam Weigelius imaginibus astrologicis et (pseudo)kabbalisticis utitur, ex parte ideas apocalypticas Pauli Lautensack sequens. Fons alius inspirationis illi certe Nicolaus Cusanus fuit, cuius exemplo sequens de *Combinatio contradictorium* periclitatur, de coniunctione theologiae affirmativae cum negativae, quae ei principium verae cognitionis est in cruce Christi impetrandae. Apud Weigelium paulum aliter habetur – illi vera cognitio primum dissertatio inter veritatem et errorem est; ad quem dissertationem homini facultas specialis mystica praestatur, „*Göldene Griff*“.⁷ Biedermann prout de fabula de Adami scissura et ruina incipere videtur. Salutem hominis modo plus orthodoxo imaginat, a Christi incarnatione in homine per Spiritum sanctum causatam. Haec initio regressi totius mundi, qui in mundum scissus est angelorum, daemonum et terrestrorum, qui ultimus autem non minus Deo praevaricatus et morti deditus est, ad Deum.

Biedermanno non permissa sunt finem suum in pace et honestate videre, quam Weigelio. Dum visitationes multae in Saxoniam gerebantur post vicissitudinem in sede electoris et depositionem ministri principis Nicolai Krell, qui propter opiniones suos liberales de cryptocalvinismo culpatus est et postea ad supplicium ductus, sunt in Zschopau libri „haeretici“ Weigelii inventi. Biedermann officio divestitus in parochiam paulam villicam translatus est in Neckanitz apud Misniam, ubi in aetate alta anno 1621 mortuus est.

⁶ Differt in puncto a Paracelso: iste de theoria eius carnis caelestis iudicium inversum deduxit.

⁷ Theoriam cognitivam Weigelii hic non pertractavimus. Secundum Weigelium cognitio principaliter ex subiecto evenit, qui tandem obiectum suum (*Gegenwurf*) requirit, ut ad actionem suam instigatur.